quę poſitę ſunt, Seſs. 24. pnta ꝙ vnus, vel vnus & vna teneant Baptizatum, vt dicitur cap. 2. & ꝙ Matrimonia ter denuntientur. Et omnia alia quę de nouo circa Sacramētorum adminiſtrationem ordinauit Conc. Triden. quę habentur in ipſo Conc. ibi potes videre. Hęc Pater Focher. Circa quę Doctiſsimus Pater Magiſter a Veracruce ita ſcribit. Pręmeditanda hęc, quę in expoſitione indulti Pij. 5. Doctiſsimus Pater Frater Ioā. Focher nā nō eſt iudicio meo q non extenſis manibus amplectatur: iuuant multum ad claram priuilegij intelligentiam & lumen Miniſtris pręſtant. Et addit etiam per cōmiſsionem factam Prouinciali à Diffinitoribus in capitulo Prouinciali, etiam fieri poſſe, vt Prouinciales extra capitulum inſtituant Confeſſores, & Prędicatores ſcilicet Indorum. Quę omnia notanda ſunt.

38 ¶ Sed eſt dubium, vtrum Domini Epiſcopi poſt intimationem Breuis Pij. 5. Pont. Maximi poſsint auferre à fratribus populos aliquos Indorum? Pater Ildephonſus de Noreña, & Pater à Veracruce in ſuis Compendijs, verbo, Capitula Prouincialia. Reſpondent. Quod ſi Epiſcopi modo poſt ple-

nam